

suorum bonorum autoribus invidebit? NULLUS (ut paucis multa complectar finemque dicendi faciam) Portum omnibus totius orbis christiani principibus adeo commendavit ut Portus, sine linguarum interprete (quod non omnibus datum), quoties NIHIL ab ipsis flagitat, id statim impetret, nec ullam repulsam ab ipsorum munificentia ferat. Quis igitur, his auditis ac intellectis, Portum iure damnabit quod NULLUM Persarum regem, in hac novi tractatus dedicatione, anteposuerit illustrissimo, potentissimo et clementissimo principi, cui Portus et suam et suorum omnium operam, diligentiam, fidem, obedientiam, reverentiam et omne pietatis obsequium ex animo iam vovit ac dicavit? Hinc igitur ocuis facessant, si qui sunt, qui per invidiam Portum apud præstantissimi principis clementiam suis illaudatis artibus in odium clam rapere conantur. Portus enim, velint nolint malevoli, licet invidorum ilia rumpantur, Portus, NULLUS iussu, numen divinum precibus assiduis suppliciter orabit ut illius Herois (ad cuius clementiæ portum Portus recens appulit) celsitudinem, eiusque totam illustrissimam domum et principatum perpetua felicitate munitum quam diutissime conservet.

Scriptum Cassellis, die Iovis cal. iunii, anno 1609.

Bibliothèque nationale de Paris : Y² 1431. Pièce.

Bibliothèque Mazarine : n^o 11268.

ΠΑΡΑΚΛΗΤΙΚΗ ΣΥΝ ΘΕΩ ΑΓΙΩ ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΑ ΤΗΝ
 ΠΡΕπουσαν αὐτῆ ἀκολουθίαν. Τετύπωμα Ἐνετήσιν παρὰ
 Ἄντωνίω τῷ Πινέλλω, ἀναλώμασι μὲν, τοῖς αὐτοῦ ἐπιμελεία δὲ,
 καὶ ἐπιδιορθώσει, θεοφάνους Ἱερομονάχου κυπρίου τοῦ ξαναίου.
 Ἔπει ἀπὸ τῆς ἐνσάρχου οἰκονομίας, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰϋ Χϋ. αḡί.
 ΜΙΜΗΤΑΙ ΕΣΤΕ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

Au verso du dernier f. : α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω Α.

